Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26418
Copyright: Admont, Benediktinerstift

160

Subiectos quoque tam discreta moderatione tractabat.
ut licet eis crucem domini cottidie baiolandam in
timaret. amore potius quam timore reuerendus
omnibus haberetur. Sed quis illius collegium stilo percurren
te possit expedire. fidei ardorem. spei constan
tiam caritatisque latitudinem. Et tante reli [de karolo rege]
gionis preconium ad karoli francorum regis au
res usque peruenit. Qui nimis eum uidere atque illius
colloquio releuari cupiens. misit ei legatos
mandans et efflagitans. ut se uisitare non
dedignaretur. Quibus acceptis uir domini in aliquo se
illi fore necessarium credens. commodum dux
sic mandans precabatur uisere. Dispositis itaque
fratribus. atque in itinere sumptis necessariis. ad
regem pergens. aurelianis hospitatus est. Dumque in ba [de egressu causa orationis]
silicam sancte crucis intraret. cepit in angulo
templi nequam spiritu penerguminum quendam uoce
terribili clamare. heu heu egidi quanta propter
te tolero tormenta. quoque tua iusticia meis est
contraria legibus. Parce orationibus paruumper.
ut hinc exeundi licentia mihi detur. hic enim
clausus propter te crucior. Quod dei seruus audiens.
sue fronti signo crucis impresso. humani generis
inimice. discede. At ille dans immensum rugitu